



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Gallicanus M. 25. Iunii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

*Dole, quia Creatorem offendisti, cuius legem caelestia & terrestria, prater te, indefessa statione conservant; & in tantâ Republicâ Dei tu solus peregrinus es, & Imperatoriae Majestatis decreta non servas.*  
S. Pet. Dam. serm. de S. And.

## S. GALLICANUS M. 25. Junii.

**G**ALLICANI victorias de Persis Scythisque relatas admirandi, illam, quâ seipsum triumphavit, imitandi jus esto. Eo gloria venerat, ut Constantiæ conjugium præmium militiæ poscenti Constantinus pater negare nihil sit ausus, modò Scythas Romanis finibus eiecisset. In eo dum est, milites panico perculli metu, magnam partem dilapsi infrequentia signa reliquere. Anxio eâ re Gallicano Joannes & Paulus Constantiæ familiares, voti Deo nuncupandi consilium suggessere. Obtemperantem caelestis strategus crucem præferens, eo fretum signo, cinctumque, quos ipsi adduxisset, stipatoribus, sequi se è vestigio iussit. Ita per attonitos hostes ad ipsum Scytharum regem penetravit. Neque ille ausus hiscere adversus tantam vim, vitam pactus se suaque Gallicano permisit. Inde illi veri Numinis admiratio, ejusque ritè colendi ardor injectus. Romanam deportato exercitû, abdicatâ conjugii spe, rebusque humanis valere iussis, seip-

26. Junii. VITÆ SANCTORUM. 407  
seipsum Christianæ modestiæ finibus cir-  
cumscripsit. Ille orbis terror, & secun-  
dus à Constantino Dux, pater pauperum,  
peregrinorum hospes factus, pedum sor-  
des abluere, ægrorum lectulos sternere,  
inferre convivantibus cibos, obstupe-  
fcente orbe terrarum, visus est. Iulianus  
denique pestis pietatis hanc tantam vir-  
tutem proscripsit, & gladio addixit. De-  
cuit nimirum ut toties victor cælum lau-  
reatus ingrederetur, triumphalem currum  
manibus pauperum trahentibus. *Ex Surio.*

*Non est periculum quantumque te hu-  
milis; est autem grande periculum, si vel  
modicè plus vero te extollas; si velint te  
præferas, quem fortè parem tibi veritas  
indicat, aut etiam superiorum. Quapro-  
pter noli te comparare majoribus, noli mi-  
noribus, noli aliquibus, noli uni. S. Bern.  
serm. 37. in Cant.*

S. VIGILIUS EP. M. 26. Junii.

VIGILIUM Pontificem Tridento  
Roma submitit annos non nisi XX.  
natum, sed jam tunc, si virtutes nume-  
rasses, grandævum. Ergo ab hæresi ur-  
bem, à superstitione deinde omnem latè  
viciniam purgavit. Eâdem operâ mor-  
bos, damonesque hospites è corporibus  
proscripsit, fana diruit Deorum, & solo  
Veronensium & Brixienfium agro tem-  
pla Deo extruxit triginta. Felicem se  
C c 4 etiam